ceps viuere meati. Itē. Tuas l̄ras legi libēter: & audiui tabel
lariū diligēter: qui statū tuū mihi narrat ppolite atq̄ suauiter
& cōes etiāz casus q̄ ferres fortiter & moderate. Exemplū de
aduerbio ordīs. Multa sum p̄ l̄ras meas tibi significatur⁹ de
inceps & te sp̄ amatur⁹ magna in te bñficia collatur⁹ preterea
vnde meā in te voluntatē que optia est beneficioꝝ loco susci
pies interea. Exemplū de aduerbio remissiu. Cū tante mihi
non suppeditēt facultates tibi satissaciā paulati: & qua rōne id
meliꝝ fieri possit pedetenti. Exemplū de aduerbio intensiu.
Exopto q̄zplurimū vt ad me venias penit⁹ qđ opus est oīno
Exemplū de aduerbio filitudinis. Sicuti optia fide te admō
nui: velim facias ita. Inter ceterā aut̄ aduerbia cōparatiua et
suplatiua in fine oīonis posita concinnā faciunt sonoritatem.
Exemplū de aduerbio cōparatiuo: vt Qđ rogas vt negociū
tuū curare velim diligentius: hoc tibi p̄suadeas. velim nulla
quidez rōne agi potuisse studiosiꝝ: nec curari amantiūs q̄ est
actū: nec pfici accuratiꝝ. Exemplū de aduerbio suplatiuo. A/
deo enī te vitā agere prudētissime: cū oīa q̄ ad bcne viuendū

ptineant pscrutaris accuratissime: atq̄ proseq̄ris diligētissime
Itē. Que mihi mandasti p̄feci oīa cumulatissime. Nunc po
nenda sunt ppositionū exēpla: & p̄io de ppositione ante: vt. Ex
hoc maxio tuo in me bñficio te plurimū diligo qđ ex amplissi
mis tuis etiā virtutib⁹ fecerā multo ante. Exemplū de pposi
tione citra. Scribo freq̄nter amicis nr̄is qđ nō fecerā multos
ānos citra. Exemplū de ppositione p̄tra. Tanto enī oīum hoīm
p̄sensu cicero romanoꝝ p̄sul creat⁹ fuit vt in ipso magistratu
creando neminē habuerit p̄tra. Exemplū de ppositione vltra.
Recepi duas a te l̄ras & tres rationes nec vltra. Exemplū de
prepositione corā. Sed hec multa explicatur⁹sum aperti⁹ illo
corā. Exemplū de p̄positione clam. Que agere constitui ita
pbabilia esse cōstant vt nihil sum factur⁹ clam. Exemplū de
prepositione palā. Dia, pfecto que officiose recteq̄ fuit p̄n
oīibus significari palā. Postremo pauca vide de coniunctōe
exēpla: et primo de coniunctōe approbatina in fine ornandę
oīonis terminata: vt. Qđ mihi mandasti diligenter pficiam:
nā ita meruisti quidē. Exemplū de coniunctōe collectina rati
onali vel illatiua. Quid faciā ergo decept⁹sum igit̄. Reliquū
est itaq̄ vt deinceps accuratissime mecū considerez quibus
credā: quosq̄ cauere debeā. Exemplū de coniunctōe dubita
tiua. Studebis ne:ocio marcessis ne. Exemplū de p̄iunctōe
diminutiua. Qđ si tu ad me accedere non potes: literas mihi
tuas que de his reb⁹ quas scire desidero me admoncant veli
mittes saltez. Fui plixior in hac quā constituerā p̄ceptione
sed multitudo exemplorū: & quidē domesticorū circa oēs grā
maticę oīonis partes incidentium: huiuscemodi in causa fue
runt plixitatis. Aigesimū nonū p̄ceptū: q̄ verbo subiun
ctivo interdū pro indicatiō vtamur: vt illud a te velim pro
volo. Et iste est freq̄ns & elegans apud oratores mos. Illud
si feceris pro facies. Similiter futuro infiniti verbi in iri desi
nentis interdū pro p̄senti eiusdē vtimur: vt factū iri pro fieri



7 hec est electissima preceptio: nemini dubium est. // Trigesimū
preceptū est circa multiplicandā ex verbis orationē. nā quāqz
verba siue in principio siue in medio siue in fine oronis collo
cata tantā in dicendo oportunitatē habcant ut ex unico vbo
oratio p̄fici possit et illustrari: tñ multo magis ex plurib⁹ multi
plicatis verbis et augeat et maxime resultat ōro. Cū igitur aliquā
vehementē aliquē mētis conceptū explicare cupim⁹ aut rem
magis clarā et magis apertā demonstrare volum⁹: multiplicatis
verbis id efficere poterim⁹. Exemplū ubi sentēcia ex verbis
sumpli explicat: vt. Qm̄ līarum virtutes tales esse cōstant ut
totus mund⁹ ex ipsis gubernet: te hortor atqz rogo ut ad eas
tibi cōparandas cures ut virū ex ipsis te p̄stantissimū reddas
quē quidē sūia sic ex verbis multiplicari pōt: qm̄ līarum vir/
tutes tales esse cōstant atqz huiuscmodi sp̄ extiterunt ut ex
ipsis vniuersus terrarū orbis gubernet: adiuuet: et conseruat
non solū te plurimū adhortor atqz moneo: verū etiā p̄ summa
nra familiaritatis coniunctōe maximope te rogo: exoro: obte
stor: atqz te vehementissime p̄tendo ut pro ipsis līarum orna
mentis cumulatissime tibi cōparandis tantoce cures: labores
insudes: iniugiles. atqz incubes ut virū ex ipsis te reddas p̄/
stantissimū. Itē aliud exēplū. De nra repu. bonā equidē spem
d̄spicio: nā qua rōne res oēs agerent audiri: intelleri: interfui
vidi: cognoui. Itaqz a nobis sedulo excogitat: tenet: puidet:
deliberat: agit: et nihil p̄termittit ut cōis sal⁹ detrimeti nihil
patiat atqz diutissime conseruet. // Tricesimū primū preceptū
est circa p̄cipia: gerūdia: et supina in cōpositione oronis artifi
ciose tractanda: quē quidē p̄cipia gerūdia et supina ea rōne a
verbis deducunt ut tā ipsoꝝ verboꝝ qz etiā nouim adiectiuoꝝ
vum: efficaciaꝝ: et rationē magnā cōplectantur. Possim⁹ ergo
nrm dicendi stilū ex p̄cipijs in oībus eoꝝ tpibus aut casib⁹ et
in principio et in medio ac in fine oronis collocatis ornate ele
ganterqz p̄texere: atqz negocioꝝ sentencias q̄ ex plura nimis

dicendi rōne se penumero contractant: ex ipsis p̄cipijs cōple
cti: tum etiaz ex gerundijs atqz supinis in oī eorū terminatiōe
orioneꝝ rhetorica possim⁹ aptissime cōponere. De quib⁹ oīb⁹
ex ordine exēpla subsequunt. Exemplū de p̄cipio p̄ntis tpis
Cōplectens ego amplissima tua in me benemerita: beni molēti
mēoria sum quotidie p̄scrutans: qua rōne partib⁹ tibi officijs
corrīdere possim: nec est tñ in p̄sentiarū potestas mei sedulo
de te cogitantis: et tua in me beneficia p̄tinua cū recordatione
repetentis ut qd̄ ego in te fieri desiderē: ex sentēcia perficere
valeam. Exemplū de participio p̄tēriti tpis. Imitatus ego
libenter illoꝝ priscoꝝ vitā qui viri habitū sunt officiosi: secur⁹
sum libenter mores ciceronis: studia bonarū artiū sedulo imi
tantis: nā pfecto ciceroni oībus studijs a pueritia dedito ita
oēs cōmodissime elocutionis dimiti⁹ et officiosissime bene vi
uendi rōnes successerunt ut oēs hoīes tantā eum eloquentiā
consecutū esse p̄spiciant q̄ eum cumulatū equideꝝ oratorem
faciliter cōprobant. Exemplū de p̄cipio futuri tpis in rus: in
principio in medio et in fine oronis posito. Dubitatur sum tā
diu de negocio nostro: qzdiu recepero līas. M. Brutus mihi
significaturi qd̄ de re ipsa factū fuerit: cui bruto p̄ nobis ma
ximope laboranti cām ipsaz meā ea spe cōmisi et cōmendauit
sperē ipsum cām hanc nostrā diligenter curaturū: et dignitatē
nostrā tandem conseruatū. Exemplū de p̄cipio fūti tpis in
dus. Utupanda res ut scribis tibi delata est quē nullo quidē
pacto: ex sūia tua fuerit attīngēda: q̄ dyonisii quē multis vi
cioꝝ criminib⁹ coinquinatu esse dicis: meis officijs cōplecten
duz suscepserim: cuīis rei cām recte intelligas veli: nā cū mihi
acerbissimis molestijs affecto: ac etiā maiorib⁹ afficiendo: ma
ximo mihi dyonisii ipse adiumento fuerit: iustū esse iudicauit ut
mutuis sibi officijs responderē. Itaqz ipm dyonisii ea quidē
rōne mea fide recipi defēdendū. Iniquū enī nimis extitisset:
si meā debitā sibi operā denegassē. Exemplū de gerūdio in di
d iiiij



*Qd ad te scripsi illud exercendi potius qz ostentandi ingenij
causa feci: et amandi tui occasione mihi ppositum est ut nihil qd
tibi pducere existimé difficile mihi videri posset: et vtinam ea
eet mihi agendi oblatas facultas ut aut psolandi aut iuandi
ratiqz aliquā possiderē qz si hoc eet nullū, pfecto locū ornādi
pterminerē. Exemplū de gerundio in do. Qui reipublice gu
bernationē suscipiunt facilitatē in audiendo: humanitez in
agendo: pmpitudinē in satisfaciendo seruare debent. neqz
enī reipublice deficere deberet dicendo: psulendo: argumen
tando: psuadēdo: cōmonēdo: iuuādo: nec si op⁹ fuerit mortē
effugere debet in pericul cōmorādo. Exemplū de gerūdio in
dū. Cū ea quidē rōne nati sum⁹ vt aliqd sp dignū viro a nob
tractandū sit. non est ergo nobis negligendū sed diligēter po
tius pcurandū vt officiosū sp aliqd sit agendū: nec tñ contra
naturā est pugnandū: sed in recto quidē pposito sp est perma
nendū: et vt sapientis mos est xpib⁹ est assentiendū. Exemplū
de supio in tū terminato in oīone rhetorica cōmode tractādo.
Cū sepenumero a me quesitū esset qd apud maiores nostros
sapientes viros visitatz fuisse: intelligebā ab ipsis reipu. in
prunis esse satisfactū: sed postqz ab ipsis ex nimia eoꝝ arrogā
tia et intolerabili potētia itū est ad arma: ab ipsis postea desitū
est repub. recte gubernare: optie igit ab illis vrbib⁹ actū est et
sapientissime constitutū: q tales ciues h̄e volunt: vt ali⁹ ali⁹
potentia supare nō possit. Exemplū de supino in tu. Dagna
sunt disceptatio inter. Q. ciceronē et D. tuliū ei⁹ frēm. Ut
eloqntia eo pacto a natura hoībus eet inscita vt dicendi pre
ceptione op⁹ non eet: an ars de dicendo aliqua dari possit. Q
enīm cicero dicebat eloquentiā ea rōne a natura esse hoībus
datā vt ipsi hoīes naturaliter se exercentes quicquid vellent
persuadere possent. Marcus aut rōnes ostēdebat ex quibus
cōmodissimū esse extabat dicendi artē fuisse inuentā maxime
necessariam: et optimaz esse factū: qz homines ipsam discerent.*

*¶ Be p. 11
¶ Et hōra
¶ Sit ne ferasia*

ac ptractarēt: qm̄ oīa sunt ex arte ipa faciliora dictu et elegan
tiora quidē instructu. Tricesimū secūdū pceptū est quo na
pacto pticipia oīones amplificat et rerū sniaz breuiter cōple
ctunt. Pticipia enī tū multas i dicēdo nobis afferūt cōmo
ditates: tuz etiā sunt optime accommodata: vt oratoria dicēdi
ratio admodū augeat: et rerū sentētię que amplā verboꝝ co
piā expeterent: breuibus quidē verbis ex ipsis participijs in
tercedentib⁹ cōprehendant: sicut hoc loco et nuda exempla: et
etiā ex pticipijs amplificata cōspicis. Exemplū vbi snia ex pt
icipijs breuiter cōprehendit. Scipio African⁹ romanus cōsul
creatus: vrbē romā a barbaris oppressam in pristinā liberta
tē vendicanit. Hēc qnidē oratio ex participijs sic multiplicat
et nihilominus oīones ex eisdē participijs breuiter cōprehendunt. Publius Scipio African⁹ amore reipub. conseruādē
vehemēter incitat: vna oīm senatoꝝ voce atqz consensu cō
sul creatus. Hannibalē italiā crudeliter deuastantē pfugauit
Carthaginē nūnis pniciose ciuitatē euertit. Numantiā roma
nos molestissime defatigantē supauit: et romā acerbissima bel
loꝝ calamitate cōpressaz: a turpissima barbaroꝝ obsidione li
berauit: et in pristinā libertatis dignitatē vēdicauit. Exemplū
vbi eadē oratio ex multis participijs augmentat. Mārcialis
Malerius vir equidē vigilas: intelligēs: puidēs atqz sapiēs:
amicis cōsulēs: succurrēs: fauēs: gratificās et bñfaciēs: cui⁹ fi
des virtus et amicitia iādiū mihi animaduersa: pspecta: cogni
ta ac explorata est: cū ad te pfectus et tibi corā in dicio tuo ei⁹
rōnes sit declaraturus: ordinatur⁹: acturus atqz cōmētatur⁹
te rogo vt eū recipias tua benignitate amanter adhortādū:
iuandū ac defendendū. Exemplū vbi gerūdia atqz supina
rhetorica elocutionē exaugent. Quoniā a p̄receptorib⁹ nobis
est data ratio studendi: cogitādi: intelligendi: discendi: scribē
di: agendi: cōmentandi. Est igit nobis diligēter animaduer
tendū: curandū: atqz peragendū: vt consulendo: consolando



atq; iunando: cumulate ipsis nris admonitorib; satissfaciam;
vt q; hoc a nobis sic actū ac vītatu eē intelligāt: id optimū co-
gnitu factū atq; vītatu eē diūdicet. // Tricesimūterciū pce-
pū est circa aduerbia: q; vt te minime fugit i dicēdo sunt ido-
nea & quodāmodo necessaria: ad amplificādū oīonis stilū ad
modū accommodata. Nā quēadmodū adiectua noīa sūt eorū
substātiis: ita cōmoda & sibi famulātia: & ipoꝝ substātiorū
vīni naturā ac pprietatē explicat & aperiūt. Ita etiā aduerbia
sūt optime interptātia: qualē efficaciā: qualē facultatē: qualeꝝ
substātiā: qleq; vēhemētiā: ul' vība ul' pticipia secū apportent.
Si igit̄ verbis ac pticiplis cuiuscūq; t̄pis constēt in nra oīone
rhetorica tractatis: idonea quideꝝ aduerbia siue positiua siue
cōpatina siue suplatina adiūxerim: oīonē pfecto nra cōmo-
dissimā efficiem: & ipsi oīonis snias reddem: explicatiōe. vt
hoc tibi mōstrabit exemplū. M. enī Licero vsq; ab adolescē-
tia accurate quidē aduertēs: q; res hoīes potissimū prēstātissi-
mos efficere soleret: & vt magno aio insignt plurimū sperās
Romānā rēpu. aliqñ se recte gubernaturū: pnotauit egregias
bonaꝝ artū disciplinas: eas illas potissimū cōstare q; cīnitates
atq; puīcias optiūne gubernarēt. Statuit ergo snias illas ab
eo eē penit⁹ obseruādas atq; sūmope celebrādas: q; cū studio
eēt accuratiūvīgilās q; ceteri: tāta sibi scīaꝝ ornamēta cumu-
latissime nact⁹eit: q; ipē sūm⁹ orator copiosissime fact⁹. Roma-
nā rēpu. pstātissime gubernauit: & multa libroꝝ volumia ceteris
futuris hoīb⁹ erudiēdis cōmodissime descriptis: & nomē suum
imortalitati diuinit⁹ cōmēdanit. // Tricesimūquartū pceptuz
est singulare. Qd sepe loco aduerbi pōnum adiectū cū sub-
stātino in ablativo casu: dūmodo aliquā magnā aī vel alteri⁹
rei vēhemētiā adiectū cū substātino īportet: & īmediate aī
verbū vel pticipū colloctet: q; quidē pceptio oīonē efficit splē-
didā & sniam reddit efficacē. Ut in hoc intueberis exemplo.
Mare⁹ enī Licero vsq; ab adolescētia ad egregias bonaꝝ ar-

tiū disciplinas exardescēti aio cōspirās: maxie sperās amplissi-
mas se exinde cōmoditates accuratissimo ei⁹ ingenio psecutū
rū: ita erat ipsis scīaꝝ studijs assidua diligētia dedit⁹: q; ipē tā
sūma studioꝝ ornamēta fuit p̄tinna exercitatiōe psecut⁹ vt ce-
teros oēs oratores celeberrimos vītute supauit. // Tricesimū
quintū pceptū. Qd aliqñ ppter nūmū anūi affectū & vēhe-
mētiā duplcam: & elegāter quidē hoc aduerbiū: etiā. vt Te
etiā atq; etiā rogo. De aduerbijs aut cū & tū: quo nā pacto cū
generalitatē significat: & tū specialitatē importat: & qua rōne ī
elocutione rhetorica sint tractāda: quāq; ordinati⁹ hoc ī loco
de eis tractandū esset: vidim⁹ supra ī septimo ī ordine pcepto
// Tricesimūsextū pceptū. Qd aduerbia positiua cōpatiuā &
suplatina rhetorica elocutionē plurimū exangēt: vt in hoc ex-
emplō patet. Cautē etiā prudenter cōmode liberaliter atq;
magnifice in dignitate ptoria te semp habuisti: neq; etiā accu-
rati⁹ aut virili⁹ ul' cōmodi⁹ a te fieri potuisset q; est actū: de iu-
sticia: qzpitissime rectissime atq; magnificētissime gubernasti.
Quo aut pacto aduerbia oīones multiplicēt: quoniā illud si-
ne cōiunctionū in primis & relatiōꝝ adiūmēto efficere nō pñt
infra in pcepto dicā de cōiunctionib⁹ qd de multiplicatione
erit. // Tricesimūseptimū pceptū circa cōiunctiones scquitur
Nā cōiunctiones multis ex causis in nostro dicendi genere ac-
cidūt necessarię. In primis enī coniungunt dictiones nomi-
nū verboꝝ participioꝝ, pnomīnū ppositionū & aduerbiorū.
Coniungūt oīones atq; sentētias. Valent insuper plurimum
ad ornandū atq; amplificandū oīonis stilū. Et quanq; coniū-
ctiones oēs in concīnitā dicendi cōpositione locū habent: q;
tñ copulatiue disiūctiue & aduersatiue cōiunctiones in oīone
oratoria crebrius ac aptius q; ceterē ptractant: aliquid ergo
de ipsis potissimū videſ esse cōmemorādū. Unde copulatiue
cōiunctiones atq; disiūctiue sc̄pē numero in oīone rhetorica
interferunt: quo vetustatē etiā atq; vēmentiā non paruaꝝ



important: ut apud oīa oratoꝝ volumina refertissime demōstrat. De quo hoc tibi exemplū erit index. Cū mecum diligēter animaduertā mi iohānes: et quātā bonoꝝ opportunitatē: libe raliū artiū scię hoībus afferre cōsueverūt: et quāta sit celeber rimī ingenij tui suauitas: illud mihi occurrebat: ut ad ipas literarū virtutes te vehemēter adhortarer: in q̄s si accuratissime incūberes et multas et magnas emolimētoꝝ opportunitates tibi compares. Nā sine oblectationē sine admirationē siue animi requiē desideres: aut honorē aut laudē aut gloriam expetas: vel diuiciarū copias: vel bonoꝝ opportunitates: ul̄ rerū facultates adoptas: hēc oīa pfecto: sciariū emolimenta suppeditare p̄sueverūt. Rectā ergo atq̄z p̄cōmodā viuēdi rationē imitaberis si ipa studioꝝ ornāmenta vigilatissima diligētia pseq̄ris. Nūc de aduersatiis cōiūctionib⁹ nū erit sermo. Nā coniunctiones aduersatiq̄ hēc cōstare vident: licet q̄zuis quāq̄z: et si. tāetsi: etiāsi: et iāetsi: de quib⁹. QD. Lice. nūq̄z vsus est hac dictiōe l3: p̄ cōiūctiōe: qm̄ dictio est ambigua q̄ verbū etiā significat. Hēc tñ ipa dictio l3 ab ipo Licerone usurpata est. p̄ vbo significāte licitū est. vt i hoc exēplo. Qm̄ exactis iaz belloꝝ calamitatib⁹: optata pace nobis fui l3: mihi ergo dein ceps p̄ lras tecū iocari l3: Raro etiā vel rarissime poti⁹ apud eundē Liceronē hēc dictio q̄zuis repta est. Alię vero videlz quāq̄z et si tāetsi etiāsi et iametsi sunt i ipsi⁹ Liceronis volumib⁹ frequētissime. De quib⁹ hoc tibi exemplū adduco. Et si q̄s oratoria facultas opportunitatis accessiōes parere valeat mi Ruperte: nō solū explicare: s̄ etiā vix tibi p̄numerare possem: q̄r tñ ea me semp̄ tātope delectauit vt magnā illi facultati operā adhibueri: et nō paruā etiā ex ipa opportunitatis cōmoditatē mihi cōpauerim: cōstitui te ad eā cōpescendā pluri mū adhortari debere: q̄ quāq̄z tibi viro admodū peritissimo maxime nota iā esse debeat: qui multa pfecto p̄tractasti: tñ te hortor q̄z sumope: ut ad eā tibi cumulatissime comparandaz

sūmis virib⁹ incūbas: tā et si hēc mea apud te adhortatio mini me necessaria videat: qui vt a q̄zplurib⁹ audiū ad oēs bona/ rū artiū disciplinas ardētissim⁹ ee indicaris. pge igit ut c̄episti et hāc benedicendi rōnē ita vt ceteras agis studioꝝ virtutes: fac dies noctesq̄z cōpletearis. Tricesimū octauū p̄ceptū qđ interdū hēc cōiūctiones: Cū si: et si es postponit dictiōib⁹: qui bns p̄poni cōiter cōsueverūt. vt Oēs cū honesta facim⁹ nihil est qđ vereamur. Ad nos si tēpestine accessiſſes: oīa nūc trāſacta essent. Pr̄eterea cōiūctio copulativa et interdū elegāter p̄prijs interponit noib⁹ in oīone landis: vt i Lato et Licero. Idē in vitupio attēdi pōt. Insup interdū supsedere solemus ab his duab⁹ cōiūctionib⁹ vt et q̄ vt i hoc exēplo. Doneo q̄ te digna sūt facias. Abi taz et si q̄ vel vt itelligat: tñ cōmittit q̄ nō exprimat. Tricesimū nonū p̄ceptū ē circa multiplicāda ex p̄iūctionib⁹: ex aduerbijs: et ex relatiūis oīonē. Nā aduerbia et cōiūctiōes atq̄z relatiūa substātię et accidētis vna cū ipis aduerbijs et cōiūctionib⁹ cōtractata: plurimas s̄l oīones multiplicādo cōiungūt. Aduerbia enī ista: tā tantū tantope tātisp adeo vsq̄z adeo ita tādiū totiēs eaten⁹ et cōsilia: ea quidē rōne multiplicat oīones: q̄ post vna oīonē aut plures ex ipsis aduerbijs cōfectedas: necessario succedit ista coniunctio infinitās vt vel q̄: aut sequit̄ aliquid hōz aduerbloꝝ quo ad quantope q̄zdiū quotiēs et cōsimiliū: quaz equidē dictionū: q̄libet oīones multiplicat. Ut in sequēti declarabit exemplo. Quę tua i me benemerita cōtulisti: eoꝝ tantā video cōstare magnitudinē vt parē officioꝝ gratiā merito tibi referre debeā. Hēc qđē sūnia ex trib⁹ vt vides ē oīonib⁹ fabricata: hāc poteris ad. xij. vñq̄z oīones multiplicare: p̄ aduerbia cōiūctiones et relatiūa. Quotiēs aut̄ ul̄ aduerbiū ul̄ p̄iūctio ul̄ relatiū repetit: totiēl vna tibi supaddit oīonē. vt sic. Quę tu i me bñmerita cōtuli sti: eoꝝ tantā video constare magnitudinē: ex quib⁹ ita cōmodissime exaggerat̄ suz q̄ res oēs meas ea quidē rōne consta-



bilui: ut nullā calamitatis mutationē: q̄ duratura sit: recipe posse videant: ut nisi bñficioꝝ īmemor haberi veliz: qđ. ego semp tantope effugere conatſuz: ut nihil vñqz magis euitā/ dū eē duxerī talē officioꝝ gratiā merito tibi referre debeā: ut tuis me bñmeritis: q̄ mēoria, pfecto cōplector sempiterna: cō dignū extitisse faciliter iudicare possis. Quadragesimū pce ptū circa ppositioꝝ cōsistit. Prepositioꝝ em eo i primis ne cessarię dicunt q̄ his verbis q̄ aut sunt īmpfecta: aut nō satis potētia: ut ſniāz per se pfectā efficere possint: ad eā pficiendā ⁊ lōgiorē pducēdā plurimū admūniculant. Huic accedit q̄ ipē ppositiones possūt in principio in medio ⁊ i fine ōzonis cōmo/ dissime collocari. Sed omniū ppositionū hē duę: Erga ⁊ in: p ter ceteras in ōzone rhetorica locū habēt: q̄ ⁊ ad ornādas ora/ tiones ⁊ breuiādas ſniās optime ſunt accōmodate. Nā ſepe/ numero totiēs verbū in ōzone cōcīme taceri pōt: quotiēs ha/ rū duarū ppositionū: erga ⁊ in: aliqua fuerit in ōzone tractata niſi fortasse qđ ſepiſlune fieri videm⁹ vim apportaret duarū ppositionū, p ⁊ cōtra. De qua rōne exēpla ſequunt̄. Si tanta Solonis in ſuā repub. athenienſem benemerita fuerūt: quan/ tā. P. Africani erga rempub. Romanā extitisse legim⁹ certe quēadmodū Africano romani ex īmortalib⁹ ei⁹ in ipſos bene/ ficijs ppetua deditioñe tenent̄. Ita etiā athenieſes ipſi Solo/ ni ob īnumerabilia ipſi⁹ erga eos officia: sempiternis cōquidez demeritis astrigunt̄. In hoc ergo dicēdi genere qđ exposui: il/ le duę ppositiones: in ⁊ erga: ſuſtinēt vice hui⁹ ppositionis, p Alię vero duę ppositiones poſtea ſequētes ſc̄z in ⁊ erga: ver/ box locū tenent: que niſi in ōzonibus interpoſite fuiffent: ne/ ceffitas ōzonib⁹ poſtulabat: vt in loco ipſarū ppositionū exp̄ſſa verba fuiffent interpoſita. Quadragesimū primū pceptū Qđ interdū ppositiones quē communiter p̄poni cōſuecrūt poſponant̄: quales ſunt: in ſub ad apud, ppter p̄e ⁊ ob ⁊ ſiles vt in hiſ exemplis. Omnib⁹ in reb⁹ honestas appriime placet Nemo est qui nō diuina ſub potētia cōſtitutus ſit. Atticā ad

vrbeam poſtqz accessi forte mihi Socrates occurrit. Molona apud menia Hannibal a Marcello in fugā versus est. Tua ppter cām ōes carem⁹ patria. Ōes cōtra hostes reipub. ſemp infest⁹ ppter defenſionē libertatis nře fuit. Nestra, p benino lētia nihil tā mihi difficile eſt qđ nō libēter ſuſcipiā. Junonio e phano multa ſigna erepta ſunt. Noſtris ex agris pec⁹ omne abactū eſt. Cuiile ob cām multas cōtētioneſ ſuſcepit. Rege ab opulēto exceptus ſuz. Idē intelligendū eſt de aduerbijs ordi/ niſ: qlia ſunt. Dehinc deinde deinceps interdū interea pte/ rea ⁊ itē. vt Tua dehinc erit cura ne quid detrimēti accipia: ⁊ ad hūc modū reliq. Hac rōne latinā ōrouē i his ⁊ ſilb⁹ mode/ ſte ſi utimur cōcīniore effici⁹: ino ea ſint ab illuſtrib⁹ orato/ rib⁹ ⁊ poetis recepta. Eſueuit aut̄ Licero nōnūqz hāc pposi/ tionē cū huic ablativo quo poſponere: vt quo cū : p cū quo: qđ male cōſonatię cā eū feciſſe arbitror: nos vero i mecum tecū ſecū nobiscū vobiscū cōſuetudinē hāc retinem⁹: ſed in qui cū pridē iſte mod⁹ loquēdi aboleuit. Siſter hēc ppositio de iter/ dū a Lice. ſuo caſu poſponit vt in. ii. ad Herenniū eſt i uquit Atrū enī ea res ſit ſilis ei rei qua de agit: qđ itē a nro vſu diſ/ ceſſit. Quadragesimū ſecundū pceptū eſt circa ppositiones quē orationes multiplicat̄. Prepositiones equidē qm̄ ad ora/ tiones ſimul adiungēdas ſepcū numero vias aperiūt ne aliquā ſine ipſis noſtruz mētis cōceptū cōmode pficere poſſe in⁹: id circo ipſe prepositiones crūt a nobis in coniungēdis multipli/ candiqz ōzonib⁹ plurimū cōſiderādē. Exemplū vbi ſnia ſine ppositionib⁹ ſimpliciter explicat̄. Cū ptor urban⁹ creatuſ ſuz tuā mihi preeſentiā neceſſariā eſſe duco: vt ipſaz p̄etur a meli⁹ gubernare poſſum. Quē ſic ex ppositionib⁹ multiplia ſentē/ tia: Cū ppter eximia reipu. negocioꝝ magnitudinē a d vrbeꝝ acceſſiſsem atqz i a ſenatu me cōtuliffez: ibi a ſenatori b⁹ cōtra volūtātē meā: ⁊ ppter opinionē p̄tor urban⁹ creatuſ ſu z: in quo eqđē gubernādē pture magistratu prudētiā mihi tuā neceſſa/ riā eſſe puto. Eliij. pceptū ſit circa interiectiones: quē taz



etsi crebri apud poetas qz apud oratores prectenf: aliqui tñ
cū aut aliquā leticiā magnā: aut cū molestia: aut admirationē:
aut indignationē: aut spem: aut timorē: aut aliquas hñoi ani
mi passiones significare volumus: eas etiā iu nostra dicendi
rōne possumus tractare: hoc scilicet modo. Proh bone ihe/
su clemētiā tuā iploram⁹ tantas heu tanqz acerbissimas atqz
intollerabiles belloz & penurie calamitates semp ita ppicie/
mūr. Ah qz infelici celoz cōstellatione nati sum⁹: si ta⁹ gra/
uibus molestijs semp excruciarī debeam⁹. Sed heu benignis
sime de⁹ tua deniqz clemētia cōfisi vniuersaz tuę misericordię
bonitatē sūmis p̄cib⁹ obsecram⁹ vt tantoz nos maloz incō/
modis liberes: & in trāquilla nos status conditione stabilias.

Quadragesimūqrtū p̄ceptū Qd iterdū p̄eū ōonis sensuz
qui pfect⁹ est graui⁹ aliquid addat: qd affirmādo exornet: & au
ditorib⁹ rē gratā efficiet. vt in hoc exemplo. Vir fortis oia, p
repub. adibit pericula: id quidē impigre. Cōmouent⁹ enī au
ditoz animi vehemēti⁹ qz si dixisset. Vir fortis oia, p republi
ca impigre adibit pericula. Quāqz varietatis causa hoc dice
di genere interdū orator vteſ. Illud aut̄ placet vt cū in dicē
do eo puecti erim⁹. vt reb⁹ de quib⁹ loquimur satis a nobis
factū sit & aliquo egregio sensu oratio sit cōclusa q̄ nō vteri⁹
puehamur: ne gratia illa: quā benedicēdo nacti sum⁹: ampli
ficatione nūmis graui admittat. In qd viciū pleriqz incident
in scitia poti⁹ quadā aut negligētia: qz rerū dicendarū inopia.

Quadragesimūquintū p̄ceptū. Qd sicut i mediocri figura
magis cōuenit rez pri⁹rudē atqz inornatā afferre: de hinc ver
bis idoneis & grauiorib⁹ illā exornare. Ita i graui figura sine
in laude siue i vituperio verset oratio: ab ornatu iustiū sumat
Exemplū primi vt Pōpeius facile omniū romanoz tum ar
mis tu cōfilio magnus clarissimusqz fuit princeps. Exemplū
secundi. At oīm imperatorū in rebus pacis ac belli: inari ter
raqz gestis gloria. C. cēsar antecessit. Quadragesimūsextū

preceptū. qd in re leta verbis tristib⁹: aut in tristi verbis letis
minime vtimur. Viciosū enī est cū in re funerea: silitudinib⁹
aut exēplis quib⁹ in voluptatib⁹ aut in delicijs vtimur: nō os
affect⁹ amplificam⁹. velut si quis in deploratiōe filij exemplū
afferat parentuz: qm̄ ex nuptijs filioz ceterisqz reb⁹ secundis
maximā conceperūt voluptatē: nam contrarioz cōparatiōne
acerbior dolor insurgit. Lanendū est etiā ne in re tristi nūmis
lasciuat oīo: aut in re leta inulta sit & horrida. Mā vt in reb⁹
duris ille verboz exquisit⁹ apparat⁹ fugiend⁹ est: ita in scđis
ac felicib⁹ obseruatio diligens est hñda. Satius enī est pertur
bata potius put doloris impet⁹ suadet qz limata nūmis atqz
expolita cōpositione vti. Non equidē nata ipsa patitur vt cū
graui aliquo merore p̄cminur: verborū cōpositioni vacare
posset anim⁹. Itat insup ista ab oratorib⁹ accurata verborū
cōpositio qñ eloquentiā auditorib⁹ suspectā esse intelligimus
tunc enī precepta cōpositionis negligenda sunt: qd pro Lelia
damici⁹ aphēr de industria fecit: non terminando orationē in
verbū dū inqt. Apud iudicē periclitat̄ lelia. Fugienda quidē
est tenera nūmis ac delicata modulandi voluptas nonnunqz
Si vero n̄ra oīo ad aliquā concitationē animoz que sit vehe
mens inclinabit cōmodissime in verbuz aliqd finiet. Magis
enī auditoz animis si in verbū finitur oīo affigit. Caput autē
oīm q ad elocutōis p̄cepta attinet id visum est vt oia ad rerū
de quib⁹ loquimur dignitatē accommodata sunt. recte itaqz mecc
natis illa mīme laudat cōpositio: cū inqt. Sole & aurora rubēt
plurima: nā verba reb⁹: nō res verbis accōmodare solemus.

Quadragesimūseptimū p̄ceptū: q̄ interdū post orationē
inchoata p̄lūsqz ad verbū principale pueniat: interponat̄ oīo
imperfecta vim hñis parenthesis: vt in hoc exemplo. Oēs qui
ambitioni & ḡle student (id qd ignorat nemo) opinione magis
qz re ducunt & his silia: vt ego vero is sum (ita me dēns saluū
velit si vere & nō ficte loquor) is inquā sum qui sacras l̄fas oī

scripturarū generi longe anteponā. Itē legalē tibi sapientiam
a teneris vt aiunt vnguiculū cui frēqns insudasti sūmōpe dedi-
casti. Itē. Quid enī tristī? vt eos cōmemorarē qui trias suas
colunt. quid miserabilius qz domi sue agere et ita agere vt io-
cundiorē aliqſi qz vitam mortem optes. De numero.

Nunc sup̄esset vt rationē numeroꝝ dicere m̄: et hoc
tibi. xl viii. p̄stituto in ordine preceptū: q̄ quidē de
numeris rō apud socratē tanto studio vel inuenta
vel aucta repitur vt nullā ex oībus elocutiōis par-
tibus huic anteponat. Sed cū h̄c modi discipline
p̄cepta varia sint: nec latini auctores vt Licero quintilian⁹ et
marcial⁹ in hoc grēcoꝝ doctrinā semp̄ secuti fuerit: et magna sit
inter eos p̄tentio: in hoc fimbrias nō dilatabo meas: sed illud
scias veli q̄ in hac p̄ceptione illud obseruare studem⁹ vt si in
monasillabā terminatur oīo qd̄ raro fit vbi p̄fectus sensus ab
oratore seruat: p̄siderandū est vtrū ea longa sit an brevis. Si
longa est eā p̄ire troche⁹ debet q̄ duab⁹ sillabis p̄stat lōga scz
ac breui: vt i hoc ciceronis exēplo. Legū in rēpu. p̄ia vox. Qd̄
si tal⁹ monasillaba dictio brevis fuerit: tūc recte iamb⁹ qui est
pes ex prima brevi et vltia longa p̄stans ante illā collocat. Sic
ergo qñ brevē brevis sillaba: aut longā longa aīcedit: inre id
rep̄henditur: vt si dicas. Ista res mea est. Cū aut bissillabū in
finē dictōis collocat: cauendū est ne q̄tuor breves in fine sillabā
ponant. in qd̄ viciū incidit q̄ ait. p̄didi bona m̄cas et plures
alię a plurib⁹ in materia numeroꝝ ponunt doctrinę. sed certe
referēda est rō numeroꝝ: tū ad variō animoꝝ affect⁹: tū etiā
ad dignitatē et modū simarū: nāz q̄ iracunda est oīo breviorib⁹
q̄ vero leta ac iocunda longiorib⁹ numeris gaudet non nihil
etiā personarū dignitas causarūqz ac tpm varietas momenti
affert. sed qm̄ ab hac obseruatōe sepi⁹ ac industria recedendū
est: vel grauitatis cām: vel varietate aliq̄ tpetur oīo: splēdos
ille numeroꝝ intermittendus est. Caput enim oīm p̄ceptoꝝ

illud v̄sū est vt reb⁹ de quib⁹ dicendū est: ars quidē numeris
seriat et non res arti: a qua rōne qui discedet oīis sane elocu-
tionis dignitatē pturbabit.

De modo punctandi.

de paugis

Pceptum quadragesimūnonum circa modū pun-
ctandi oīones tibi trado. Sūt autē generales pun-
ctandi sp̄es apud modernos octo videlicet ſvgula
recta vt sic / loco cui⁹ more p̄iscoꝝ exiguo p̄ncto
vtimur sic: ſvgula iacēs q̄ sic est / ſvgula p̄uxa
q̄ sic fit (plan⁹ qui sic est. ſemipunct⁹ qui sic fit. Interrogati⁹
qui sic p̄ligitur: ſoma est punctū cū ſvgula ſursum ducta qd̄
ſic facim⁹ ſim imitatores p̄iscoꝝ oratoꝝ: periodus est punctū
cū ſvgula deorsū ducta q̄ sic est.) ſvgula recta loco cui⁹ nūc
punctū exigū facim⁹ fit inter substantia vel adiectua: vel
inter v̄ba modi finiti v̄l infiniti: vcl inter p̄positiōes qñ nulla
est copula: ita tñ q̄ vñ non veniat ad determinatiōz alteri⁹.
Fit etiā qñ oīo incipit a distinctione q̄ per se non p̄t assignari
ſeq̄nti ſuppoſito et verbo principali. tunc enim ante ſuppoſitū
principalis verbi ponitur ſvgula recta vel punctus exigū.
Iacens vero ſvgula sp̄ debet in fine lineę ſituari vbi dictio nō
ſit cōpleta. Unū illud aīaduertendum est ne ſillaba vñqz diuī-
datur in fine lineę: ita q̄ altera p̄ ſillabę eiusdē ſit in p̄ncipio
ſeq̄ntis: nam ſicut ſillaba vñ oīo ſp̄ est indiſtanter p̄ferenda ita
etiā indiſiiblē ſit ſituanda. ſvgula autē p̄uxa ponit ſed et
in p̄ncipio et in fine oīonis qñ ponit ſit inter p̄tes oīonis p̄n-
cipales p̄ penthesim. ſoma v̄o ſit post orationē q̄ de ſe p̄fecta
eſſe p̄t. ceterū alia ſibi aīectitū ſimpfecta diſtincta incipiens
a relatiuo: mō quo ſuū aīcedens non imediata p̄cedat: qm̄ nū
hil tūc ponit ſed. p̄terea ſi ſequat dū vel donec: vel cū ſim-
ctio et ſic de alijs q̄ impediunt verbū. Interrogati⁹ duob⁹
p̄t fieri modis: alto poſt imperfectā oratiōz cū p̄ncto exiguo
ſic! altero poſt perfectā ſic: Plan⁹ v̄o p̄nct⁹ ſit in fine oīonis
perfectę: tam etiā dictoris anim⁹ ad ſequentem v̄lteriorēqz
e ij



sententia pendeat. Semipunctus autem fieri solet quoties ppterii viri vel mulieris nomine ignoratur velut in subscriptionibus platoz sepenumero contingit. Periodus vero in fine totius orationis fieri debet quia nil aliud in ea materia sequitur. Sed est notandum quod si in eadē eppla diversē scribuntur materie in fine cuiuslibet earum seruanda est periodus. Quid hoc exempla oratione in sequenti subjiciunt. Quoniam improbox indies magis inualefecit nequicia: nec mireris quod principes fauent sceleri: hinc nihil mirum est innocentibus calcari cum potentes transeant impuniti. Quis enim potest esse modus facinori languente iusticia: in flagrante nequicia: in virtutis locum sententia constituta? Non itaque ambigendum est spectabile et officiosum virum dominum episcopum nostrum summo dolore confici.

De dignitate grauitatem afferens in elocutione.

Signitas ornata orationez et verboz et finiarum luce distincta reddit. Sententiarum autem exornatio est que de rebus ipsis dignitate quandam comparat verborumque ipsius sermonis proposita continet grauitate. Quaz prima ephesis id est verbi iteratio in octo partes distributa est in repetitionem: conuersione: complexionem: subiectionem traductionem: conduplicacionem: gradationem: et commutationem. Repetitio verbum principio iterat: ut. **Q**uis vehementer iusticia claruit. quis vehementer amoribus exarsit. quis hellenam rapuit. quis igne ferroque cadentem troiam denuit. Alexander profecto qui paris dicitur.

Conuersio fine verbum repetit: ut. Italiam hannibal armis vicit: ingenio vicit: dolis vicit.

Complexio principio et fine verbum iterat: ut. **Q**uis carthaginem denuit: populus romanus. quis numantiaz euertit: populus romanus. quis corinthum sustulit: populus romanus. quis socios seruauit: populus romanus. quoniam igitur virtutis extiterit qui et amicos sicut et hostes perfringit considerate.

Traductio eandem dictioz vague collocat: ut. Qui nihil habet

decoloribus verbis

in vita iocundius vita: is cum virtute vita non potest ducere. Conduplicatio est unius aut plurimorum iteratio cum ratione amplificatis ut virtute scipiois virtute: et huius verbis gloriam commemorat. Commutatio est cum due diversae sint ita efficiunt ut a priori posteriori contraria priori proficiantur ut eadem optet ut vias non viueat edas. Gradatio est quod non ante ad proximas verbis descendit quod ad superius reversum est: ut nihil laudis et glorie nostris cibis reliquum est: si hostibus quodlibet licet: et quod licet possunt: et quod possunt audent: et quod audent faciunt: et quod faciunt nobis molestum non est. Subiectio est cum quid aduersum nos aduersariosque nostros dici potest querimus: et quod dici oportet sic subiungimus. Eum ne tu hoie appellas qui si fuisset homo: non sic vita hois insectaretur.

Sunt reliquae exornationes septem quibus non verba eadem sed verboz vis efficitur aut cathacretice verbis pro verbo ponitur. Earum prima agnoiatio dicitur Agnomination dissimilibus rebus similia verba accommodantur: ut. Diligere oportet quam velis diligere. sufficit enim per casuum mutationem quod ornatum orationi accommodat ut scipio numatiam sustulit: scipiois prudenter cartaginem euertit: scipionem gloriam et landem huic urbe comparasse commemorant. Interpretatio non iterat sed reintegrat verbum: ut. menia radicem deiecit: muros solo adequit: pictes huius urbis fundit: cuerit. Nominatio et quae minus idoneo verbo noiat id cuius non recordatur ut mugire: hinnire: vagire: murmurare. Pronominatio est quae cognomine quodam extraneo dicit quod suo nomine appellari non debet: ut. Si gracchus affricani nepotes nominet. Denominatio est quae a rebus propinquis et finitimis trahit orationis originem: quod potest intelligi res non suo nomine appellata ut pro libero vinum: pro cerere frumentum: aut ebura aurum argentumque per divitiis. Abusio pro certo propinquum et simili abutitur ut pro orare obsecrare: supplicare: ambire.

e iii



Translatio est cū verbū in quandā rem transserit ex alia re qđ
silitudine recte videbitur posse fieri: vt. Tumultus italiā exp
gesecit. Sit breuitatis causa: vt vrbē extinxit subito. Obscenī
tatis euitandē grā: vt quotidianis nuptijs delectat. Augendi
cupiditate: vt nulli⁹ vrbis calamitas isti⁹ explere potuit inimi
cias. Minuēdi aio: vt paululū in reb⁹ difficillimis aspirauit
Ornandi ardore: vt q̄ malitia nocentū exaruerunt optimatū
virtute reuirescent.

Nunc iam de tredecim exornationibus quę simpli
ces sine admixtione sententiarum ⁊ superioribus
diuersis supersunt. dicendum videtur earū prima
articulus se nobis obtulit.

Articulus singula verba cesa oratione distinguit: vt Armis
cruore cadaueribus ⁊ luctu omnia complentur.

Similiter cadens similibus casibus oratione dissimilium in
terpositione exornat: vt Virtutem iugiter explorantem et
assiduis curis extollentem collandas.

Similiter definens verborum exitus similes dissimili medio
habet: vt Amis gloriose: delinquis ambitiose.

Correctio est quę tollit quod dictū est ⁊ pro eo q̄ magis ido
neum videtur reponit. sic nisi hoc fecisset: imo excogitasset
nullam suspicionem reieciisset.

Distinctio diuersa diuerso vbo cōcludit: vt Popul⁹ roman⁹
nūmantiam deleuit: carthaginez sustulit: corinthū disiecit.

Coniunctio interpositōe verbis supiores ptes cōplectit ⁊ inferi
ores: vt Formę dignitas ⁊ morbo deflorescit ⁊ vetustate.

Adiunctio aut principio aut fine verbum collocat.

Dissolutum est quod sine coniunctione profertur: vt Clamo
ribus: ullulatibus: luctu: edes resonabant.

Circumitio rem simplicem assumpta circumscribit elocutione
vt Scipionis virtus carthaginis opes perfregit.

Transgressio est q̄ pturbat verboꝝ ordinē: vt Instabil⁹ in istū

plurimū fortuna valuit: i hoc arbitror fecisse tuo ī eū, p aio
Suplatio est oratio augendi minuēdi causa supans veri
tatem: vt Sermo melle dulcior: corp⁹ niueū: igneū ardore.
Intellectio est cum res tota parua de parte: aut de toto pars
cognoscit: vt Num ille te tibie nuptiales a scelere arcebāt
⁊ ostentas nisi diuitias tuas cum annūlum tantum ostentas
⁊ anhelans ab imis pulmonibus spiritus ducebatur.

Permutatio est oratio aliud verbis aliud sua demonstrans.

Sit a silitudine: vt Lupus est in fabula: aut per argumentū:
vt Gracchū rursum nūmitore dicem⁹: aut per p̄trarium: vt
cum prodigū ⁊ luxuriosum parcū ⁊ diligentem appellamus.

Elique exornationes multitudine verborum con
stant earum prima ratiocinatio dicitur.

Ratiocinatio est cū ipsi a nobis rationē cuiusq; ex
positiōis poscim⁹: vt In re militari ⁊ medica vt
mēdē se res habet quid ita: quo enī dux ⁊ medic⁹
antiquor eo melior creditur: quid ita: vsu enī ⁊ p̄suetudine
quę victoriam ⁊ salutē parere consueuerūt optime norunt.
Sententia quid sit vel esse oporteat in vita expositōe sola v̄
rōne ⁊ comprobatione etiam ostendit vt domat oia virtus
Contrarium alteram ex rebus contrarijs sic facile confirmat:
vt qui suis hostibus quomodo alienis consulter.

Membrū res est breniter absolta sine sīc, p̄fectione in alio
mēbro oīonis excipiāt: vt tuis dolori: alienis ludibrio: tibi
ipsi dedecori eras: eiusdez sensus cōplexio period⁹ ⁊ p̄tinua
tio appellat: hec: sententię p̄trario ⁊ p̄clusioni tm̄ conuenit.

Cōpar mēbra habet pari saltē quātitate sillabaz vt Audacia
alexandro gloriā cōparauit. Sapia platonī laudē vēdicauit

Exclamatio est quę rerū ac psonarū cōmemoratōe in significa
tionez doloris, prūmpit sic. Si pietes nī loqui possent vel
redinos patres nīos intueremur dicūt vrbē p̄eclarā quāz
gentiū dn̄am effecim⁹ vos oppressaz ⁊ subiectā reddidistis

e iiiij



Contentio contrarijs sententijs orationē cōficit: ut virtus et
līarum studia difficiles adit⁹:exit⁹ vero facillimos afferūt.
Occupatio est cū dicim⁹ nos p̄terire aut non scire aut nolle
dicere id qđ maxime dicim⁹: h̄ac exornatiōe vtemur cū res
plana fieri non potest: vel ad nos non p̄tinet: vel longā aut
ignobilē rei effugere volum⁹: vt non dicā te vrbis nostrę
hostē: oēs bonos insectari. Et qđ ad te non attinet p̄teribo
templum te religionis ⁊ vrbis huius caput euertisse.

Permissio est cū dicēdo aliquā rē toti alic⁹ volūtati p̄donare
videmur. cū p̄ter aīam nihil relictū fit: ea vti liber vtamī.

Dubitatio est cum querere videtur orator: quid potius aut
potissimū dicat: vt quo te moribus tuis appellem nomine.
Deſſinatio est quē proprias alicuius complectitur potestates

vt ira est motus animi ad cohēcenda peccata.

Transitio est quē cum b̄reuter ostendat qđ dictum sit paucis
etiam quod sequitur demonstrat: vt. Quidā in cesarem fidē
cognouisti: nunc eius in me perfidiam accipite.

Expeditio est qđ rōnib⁹ plurib⁹ ennumeratis quib⁹ aliq̄ res fieri
vel nō fieri potuerit cētere tollunt vna relinquit: vt si nec

ab uxore qđ amore et pietate p̄pedita erat: nec a ncōpte qđ in
belli interfec⁹ domi ē a crudelissimo liberto mors illata est

Precisio est cum dictis aliquibus quod conceptū est in anō
audientiū relinquitur: vt. Tu hēc audes dicere quē nup̄
alienē domui non ausū dicere.

Nunc iam de colorib⁹ sententiarū dicere tps simul
⁊ res principio a distributiōe sumpto cōmonuere.

Distributio est cum res et persone ⁊ negocia certa
dispartiuntur: vt. Quibus reipu. honor curē est

prēmia virtuti: pēnas sceleri statutas rependite.
Licentia est cū apud eos quos vereri debem⁹ aliqd audaciū
p̄ferim⁹: vt. Qd oib⁹ lñdibrio estis nō ab re censeo eq̄ssimi
p̄fes cētex ne quē tñ offendam⁹ statū subiungim⁹: hic sapiaz

de colorib⁹ sententiarū

vestram inquiro: audientiam reputo: fortitudinē recogito:
virtute mecū mente voluto.

Dūminutio est: cū aliquid inesse nobis: naturę: fortunę aut fa
mę: industrię rōne leuam⁹. vt Lū sūma vigilātia fortunę cō
moda animiqz bona a parētib⁹ mihi ⁊ natura ferme cōdona
tā cōsequi ⁊ tueri studuerim: mediocriter ex his ne nimium
dixerim assecutus sum.

Descriptio est qđ rerū cōsequētiū cōtinet p̄spicuā ⁊ lucidā cu⁹
grauitate expositionē vt Si istū iudices capit⁹ reū dāna/
bitis: vt fera ⁊ truculēta vrsa vrbē ac ciucs vastabit. Qua
re iudices saluti oīm ⁊ honori vīo cōsulite.

Diminisio est qnē rem se mouēs ab re vtrāqz absoluit oratione
subiecta sic. Aut veneno aut ferro: ligno: aut lapidibus v̄l
alia re vitā hoīs inuasit.

Frequētatio est cū res in tota causa dispersę in vnū locū co
gunt quo grauior acrior ⁊ criminiosior oīo sit: vt Lū hūc iu
dices cupitis liberare improbus enī petulans infestus im
pi⁹: superbus ⁊ intollerabilis est.

Expositio est cū i eadē loco manem⁹ ⁊ aliud atqz aliud dicere
videmur. Eandē enī rē aut de eadē cōmutādo p̄nunciādo
vet tractādo dicim⁹: p̄ eadē re p̄positionē rōnē cōprobatio
nē: cōtrariū: simile ac cōclusionē afferim⁹

Cōmoratio est cū i loco firmissimo quo tota cā p̄tinet ūmoret
diuti⁹ ⁊ i eadē redit sepi⁹: qđ est boni oratoris p̄priū.

Silūtudo est oīo traduces ad rē quēpiā aliqd ex re dissipari si
mile. Fit aut p̄ cōtrariū vt iperio administrādo ⁊ palestrili
do p̄trarie seſe h̄z. Fit p̄ negationē vt nō sic i amicitia vt in
certamie currēdi: nou⁹ veterib⁹ ppouēd⁹ est. Itē fit p̄ colla
tionē vt poctice ferme cōpationes sūt. Fit p̄ breuitatez vt

cū audacissimi cuiusdā factū reprehendere oratoris nitimur
breuib⁹ ornato sed incōcino ⁊ malo cytharedo cōpamus.
Exemplū est alicui⁹ facti aut dicti cū certi auctoris noīe ,ppo



sitio. Iisdē quippe modis quibus similitudo sumit.
Imago est formē cū forma qdā similitudine collandatio: laudis
 aut vituperationis cā facta vt Ibat i plū corpe tauri validis
 sumi impetu leonis: vitupij sic. Tanqz fera vrsa aut imanis
 draco per forū serpit.
Effictio est cū facies corporis verbis describit quoad satis sit i
 telligendū: vt erecta fronte ludibūdis oculis aduncis na
 ribus sparso ore gestit.
Motatio est cū alicuius natura certis describit signis: vtpu
 ta cū gloriōsi militis iactātia cōmemorat.
Sermocinatio est cū alicui sermo cū rōne dignitatis attribuit
 quo senes parcitati et grauitati: ioco et ludo iuuenes ac rerū
 pfusioni dediti cōmemorant.
Conformatio est cū aliq que nō adest persona fingit qsi assit vel
 res muta et informis eloquēs et habēs formā sit: vt Scipio si
 reuiuiscat dicet: ego vrbī pacē pepi: vos bella cōcitastis.
Demōstratio est cū ita res verbis exprimit vt geri negociuz
 et res ante oculos afferri videatur: vt Pila emittunt: se se
 vī bone contegūt: gladijs cominus certant.
Breuitas est cū res tantū necessarijs verbis expedita dicit:
 vt principio hui⁹ opis habitum est.
Conclusio est que breui argumētatione ex his q ante habita
 sūt ostēdit q necessario sequat. hoc modo habes a me Ly
 rille cēsar: q de rōne dicendi copiā dignitatē et grauitatē cuz
 laude: tibi cōparare potuerūt: si assidue exercitatione maio
 ribus tuis parē in dicēdo superiorēqz te reddi curabis.

Ars scribendi ep̄las Jacobi. **P**.ad illustrissimū princi
 pem Tarantinū hispaniē ducem Incipit foeliciter.



On me fugit Illustrissime Princeps
 qnātū et oneris et insolētię existimatio
 nis (vt tibi morē gererē) huins libelli
 cōditione in me verterim. Non q gra
 uiū atqz doctorū iudiciū pparui: aut
 nullius nostroz hominū auctoritatez
 fecerim. Sed vt p̄cipuis in me offi
 cijs: assiduisqz meritis: et nouę pietati
 tuę: aio saltē aliquādo tandem cōrespō
 dere viderer. Quas ob res cū nōnul
 los male poti⁹ de studijs meis sentire
 qz parū erga te gratus videri maluerim. Noua hēc litterarū
 pcepta: tuo nomini dicata. Jā iā cōscribere incipiā. Si vnum
 hoc pposuero. artē sine assidua exercitatione: nihil aut paruz
 operis afferre: vt curā: operā: vigilātiā: studiū deniqz: oēmqz
 diligentia: ab hui⁹ libelli p̄ceptis ad exercitationē deriuādā
 cognoscas. Diversisqz inter se generū: specierūqz fimbz: et in
 ueniendarū rerū pceptis qzplurimis cognitis: nō nihil supra
 legittimas eplē ptes adjicere. Et noua qdām dierū obseruan
 tia tēp⁹ maioz nostroz auctoritate litteris nectere cōsuescas.

De officio et genere ep̄larū.

Pistolariū officiū (vt maiorib⁹ nostris visuz est) di
 cit quo absentes his de reb⁹ q aio extrinsecusue
 gerunt certiores facim⁹. Harum genera tria sunt:
 quoꝝ vnū doctrinę: alterū ioco: tertiuꝝ grauitati
 accōmodat. Doctrinę gen⁹ amplissimuz est oib⁹
 enī de rebus absentes edocere potest. Iocosuz scribēdi gen⁹
 est: quo multo lepore: multaqz dicacitate et venustate res do
 mesticę et familiares p̄cipi possūt. Graue quo sūmis de rebus



oi ridiculo ammoto pscribam.

De specieb⁹ generū.

